


99 7 252





DISPUTATIO POLITICA,

DE

Romanogermanici

Imperij status

QUAM

PRÆSIDE

M. FRIDERICO TI-
LEMANNO, VVITEBER-
GENSE, TEMPORE ORNATISSIMI
Collegij Philosophici Academiae VVi-
tebergensis Decano,

Defendere studebit

CASPAR à VVARNSDORF,
EQ. SIL.


XII. Calend. Quintil. hora & loco consuetis.



VVITEBERGAE

Ex Officina Cratoniana.

Anno M. D. XCV.



Magnificis, Nobilissimis & Stre-
nuis Viris, D. FRIDERICO SCHKOPP,
de Kutznau in Glesersdorff, & Ottendorff, &c. Cæsar.
Regiæque Majest. Consil. tutori,

NEC NON

D. ABRAHAMO BOCK in Kliphausen
& Sahlhausen, & Illustriss. Ducum Saxon. Consiliar.
cognatis suis honorandis,

S. D.

Est ita, benè consultum sæpius surripitur, ait Comicus in Milite Magnifici & Strenui viri, namque & FRIDERICVS TILMANNVS, quem ob præclaram eruditionem, & virtutem singularem, fratris loco semper habui, mecum quidem exorsa disputationis nostræ historicæ initia de Germanorum origine & perfectione, constituisset, absoluisset, nisi res hominum vario iniquioris sortis favore, studiorum cursu nutante, multifariam frangerentur: quæ & in causa fuerunt, non improba, ut destinatas usque hinc sustineremus. Cæteroquin, quòd omni tempore, annis ab hinc fermè sex, à parente & tutoribus cum fratre ad VVitebergense refertissimum bonarum artium Emptoriū missi, id semper unicè operam dedimus, absit invidia verbo, ut universis innotesceret & urbis & Academia civibus qui vitæ studiorumque modus abeuntibus præscriptus, sanctissimè excultus probaretur: mearum partium animadverti, disputatione hac publica, licet ante non prævisa & totum extemporanea, valedicturus Academia, qualem operam, studiorum levem testationem, offerre. Illam verò vos imprimis, cognati honorandi, clarissimi, post DEVM & PATRIAM, uti laborum scholasticorum fructus meritò attingere, quos etiam vestro iure repeti posse, quando mihi principes ad suscipienda tractandaque politiora extitistis, lubens agnosco, quas laborum meorum primitias vobis dicare consecrare gratus debui, volui, atque dico, consecro, vestri uti est dicatas secretas non aspernariet, & animi profensione perficere, ita nihil vos alienius de fidentia mea iudicaturos planissimè confido. Valet.
XII. Calend. Quintil. Anno cld. l. v. c.



99 7 252

C. A. W.

A. A. M. M.

Disputatio Politica,

DE ROMANO GERMANICI

IMPERII

statu.

I.



Nondubium habetur A-
damum *πρωτόπλαστον* jussu alieno
vacuum sibi ad externam quo-
que perfectionem, quæ in po-
liticis est, admodum suffecisse.

*August. 14. de civitate
Dei. c. 10.
AriaMont. 1. de gener.
& regen. 12.*

II.

Lapsus & interna amisit jamque externis
secundum perfectionem deseritur, quæ quatenus
μεγίστην ἀγαθῶν ἀπὸ, Philosopho dicente Deus cum
imperio humano dirigendum subjecit.

*Aristot. 1. polit. 2. ibid.
Montecat. fol. 73.*

III.

Hinc domesticum imperium à primis mun-
di originibus extitit, & societas, quæ ante e-
rat, Augustini verbo, dilectionis nunc cujus-
dam conditionis, scripta enim lex est *καὶ αὐτὸς σου*
ἐπέθεσε, vel ut pressius dicitur *בְּיָמֵינוּ*.

*August. 11. de Genesi ad
lit. cap. 27. Rupert. 3.
de oper. Trinit. 21. D.
Luth. & Thi. ad. c. 3.
Gen.*

IV.

Accessit enim aliud imperium, quo Nim-
rodus, alij perperam Cainum, alij Ninum po-
nunt, cepit plures familias jungere, & ijs tan-
quam *γίγαις ἐπὶ τῆς γῆς* dominari.

*Genes. c. 10. vers. 9.
ibi. Luth. Selnecc. Augu-
15. de civit. Dei c. 1.
ubi vives.*

A 3

Vtrum-



Piccol. gr. 2. Philos.
mor. 36. & gr. 3. c. 18.
Typot. de ll. Declam.
Philip. t. 7. fol. 411.

V.
Vtrumque hominem cogit, non simpli-
citer, sed ne *αυταδης* vivat, neque enim ll. ho-
minis libertatem tollunt, cæterum ab æquo
bono nutantem, dirigunt, quod Piccolomi-
neus verè disputavit.

August. 4. de civit. Dei
4. Foxius. 1. de regni
inst. f. 18.

VI.
Non ergo quodlibet imperium hîc confi-
deratur, legitimû modò attenditur, quod, con-
tra quàm putabat Demetrius pirata, à latroci-
nijs multum distat.

Arist. 1. polit. 2. ibi Ac-
cia. f. 26. Fric. 1. de e-
mend. reip. 1. Bozi. 1. de
imper. virt. 1. & seq.

VII.
Quin & perfectum, ubi *ἄρχον φύσει καὶ ἀρχο-
ν δυνάμει* jungitur, quod in repub.
constituta semper, aliquando & in constituen-
da obtinet.

VIII.
Perfectio alia divina est, alia politica: e-
quidem concors illa imperantium & obtem-
perantium discordia etiam à D. Gregorio lib.
4. epist. 96. ad divinam dispensationem omni-
no refertur.

Daniel. 7. versic. 17. &
ibid. Vatab. u. prima.
Percr. lib. 8.

IX.
Cæterum præter illam diviniore est perfe-
ctio, dum Deus præcipua misericordia non o-
mnes, sed *πρωταρχας βασιλείας*, seu, ut in fontibus
habetur *יְהוָה* eminere voluit.

Abrah. Exra. in d. cap.
7. Bodin. in meth. hist.
c. 7. & lib. 4. de repu.
c. 2. Joseph. 10. Antiq.
Judæic. c. fin.

X.
Non nescij hæc Danielis *θεωματοσύνη καὶ ὑ-
ψηλόπετα* ab impietissimis Iudæis partim inter
ἀγιογράφα accenseri, partim cum Dn. Bodino ad
Babylonis direptionem adstringi.

Ferri

X I.

Ferri posset Porphyrij impietas, quam D. Hieronymus in comment. ad Daniel : memorat. & refellit, quid enim ab impio sani? ferri & aliorum lasciviens subtilitas.

X I I.

Ac eripi consolationes de secutura βασι- λεία ἀγίων ὑψιστ, quam Tertullianus lib. advers. Iudæ: graviter urget, religio est, gloriam imperij RomanoGermanici neglectam negligi melestum.

Franceberg. de dignit. hist. Proph. f. 127. cum seq. Dresser. de quat. Monarch. H. Pint. de German.

X I I I.

Nos sanè statuemus in secula nostra incidisse ferrum illud monarchium τῷ ἰσραήλ ἀνεμισ- μιστόν, neque Turcis, Gallis, Italis, Britannis, ut alij putaverunt, applicandum.

VVesenb. in tomo 7. de- clamat. f. 247. cum seq. Lauterb. de bello cont. Turc. Stanisl. ad Polon.

X I V.

Prædixerat Propheta ὑπεροχῶν ultimi re- gni, quam Romani ab exitu ferè belli Asiatici commode repræsentarunt, ut ex Strabone, Io- sepho, & Appiano ostendere est promptissi- mum.

Str. in geogr. 6. c. 17. Ioseph. 2. de bello Iud. c. 3. App. in proæm. Lyb.

X V.

Illa non perennavit, ut mali concludant, qui à potentia, vel illustri Principis ortu mo- narchiam, termino Theologico, finiant, cum tantum ab Autoritate divina pendeat.

Vide Bart. ad l. hostes. n. 7. de capt. c. postlim. Gregor. Ib. 18. Syntag. iur. 2. n. 6.

X V I.

Hæc ad Germanos pervenit, quando, quod antiquitatum monumenta loquuntur, Roma num imperium bona gratia divisum legitimos occidentalis regni Imperatores agnovit.

Rhegino. lib. 2. Chron. f. 39. Viterb. p. 17. chron. f. 461. Egin. in vita Caroli.

XVII.

Bodin. in meth. hist. c.
7. Tili. de stirpe Capeti.

Cui Bodinus *εικότως* videtur obliqui, dum Carolum natione Gallum commendat, lubrica quæstio & olim mota, teste H. Mutio lib. 12. Germ. chron. f. 92. quam negative decidemus.

XVIII.

Mut. d. tr. lib. 8. fol.
62. Viterb. d. parte. 17.
fol. 462. Phil 3. chron.

Addit Monarchicam hanc dignitatem ab Henerico Aucupe mutatam, in quo omninò dissentimus, cum mox à Carolo M. & post Ludovoci tertij nepote illam deducere sit expeditum.

XIX.

Gorop. 2. Franc. f. 40.

Neque ad *ἄξιωμα* imperij transferendum pertinuisse, quod Franci, Iustiniano autore, Galliam obtinuerint, ut Procopius 3. de bel. Goth. f. 37. Iornandes. de regnor. & temp. f. 656. scripserunt, adstruemus.

XX.

Bellar. 1. de transl. imp.
c. 4. & seq. n. Zovar.
tomo 3. Diacon. rer.
Rom. 23.

Initium eoque capimus à Caroli transactione, cui quæ accessio facta sit Papali acclamatione, parum Bellarminus explicavit, pleraque certe ex historicopoliticis confudit.

XXI.

c. 3. dist. 96. Camerar.
p. 1. subces. 61. Valla
de donat. Const.

Præsertim quando fictitiam Constantini donationem probare non veretur de qua historici quantum existiment, ipsi pontificij vel insubido vultu viderint.

XXII.

u. Foliet. de caus. magnif.
Busbeq. epist. 1.
Luth. in conc. mil. Turc.

Medium verò ponimus reliquias Romani imperij, namque his fatalis translatio nondum finem imposuit, imò, Dei gratia, nisi extimum mundi imponet.

Quem

XXIII.

Quemadmodum & de adventu Antichristi, Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, quæ tradiderunt, nostri citra λεσχνηείαν improbant, quos ultro sequimur.

Pantal. in Chron. H. & Th. in Dan. Aug. 20. de civit. Dei 23.

XXIV.

Hæc fere ad divinam perfectionem, ad quam Albanus Spinatus religionis integritatem jungit, atqui politici etiam cæcis erroribus obruta imperia agnoscunt certè Christiani veram puritatem sectantur.

Spinat. 1. politis. 2. patric. 7. de regno. 16.

XXV.

De politica perfectione si tractatur, ἀναμφισβητήτως καὶ ὁμολογημένως omnes fatentur ad statum esse respiciendum, de quo & inquiremus.

Vident. 2. regim. civit. f. 29.

XXVI.

Status ex persona principis dignoscitur, Princeps ex jure majestatis, indeq; mixtionibus rerum pub. repudiatis, potestas summa est vel penes unum, penes aliquos, vel penes omnes.

Aristot. 3. polit. 5. & 8. Eth. 10. Osor. 8. de reg. instit.

XXVII.

Antiquissimum Germaniæ statum notat Tacitus de morib. Germ. Cæsar 6. de bel. Gal. democraticum, ita enim refert: De minoribus rebus principes consultant, de majoribus omnes, &c.

XXVIII.

Hinc conversis temporibus à Carolo devicti Boarici primum, & apertè post Saxonnes, ἐκ κρύφια καὶ σαφίσματα imperiorum, tandem & cæteri in statu mutato quieverunt.

Cranz. 1. Saxon. 7. & 1. Metrop. 32. Schafnaburg. de reb. Germ.

A 4

Maxi-



XXIX.

Maximum adjuventum Caroli potentia, sed & prudentia, dum politico consilio & pietate singula prehendebat, ut indomitis nimiam libertatem interciperet, adferebat.

XXX.

*Aymon. 4. de reb. gest.
Franc. c. 94. Sabel. 9.
enmead. 7.*

Quæ in eo vel maximè elucet, quod no-
luerit sibi Monarhicum (politico termino) im-
perium constituere, verum omnia ad optima-
tum arbitria revocare.

XXXI.

*Luth. tomo G. VViteb.
12. f. 219. Schleid. lib.
1. & 12.*

Idque etiamnum perdurare, multis dis-
sidentibus, de facili est ostendere quid illus-
trius testimonio summorum principum, The-
ologorum, cum conspirante sententia Ger-
manorum aristocratiam proponunt.

XXXII.

*adde recess. anni 1555.
S. vnd wir. Item an.
1521. & 1548.*

Legibus solutum esse, & liberrimè reimp.
moderari, de jure majestatis primum est, quæ
majestas solum in comitijs publicis conspicitur,
& omnes recessus Imperij ostendunt.

XXXIII.

*Landf. an. 1494.
idem an. 1500. &
passim.*

Belli quoque & pacis jura publicis con-
ventibus saltem explicari, sæpius observatum
est, & imperiali lege sanctissimè constitutum.

XXXIV.

*Rec. an. 1507. S. wird
sich. Bodin. 3. de re-
pub. 2. & meth. hist.
cap. 6.*

Cum quibus reliqua, forte & in vastitura
Principalis, incidunt, & secundum administra-
tionem in personam Cæsareæ majestatis resident,
cui & primæ partes juris Majestatis meritò de-
bentur, veluti extrema provocatio.

Vt

XXXV.

Vt dubitare non superfit, nisi καὶ ἰμπερατορῆς ut Herod. in Thalia. *ἀγροίας*, statum imperij nostri esse Aristocraticum, quem omnium optimum, contra dissidentes, deducemus. *Patric. 1. de regno 3. Vida. 1. de dign. rei-pub.*

XXXVI.

Ita est, ut bene sit. præter divina beneficia, prudenter obtinuit, quod & statui Aristocratico accommodum, nec usu caret, vel ratione, electione non stirpe summum Administratorem creare. *Lips. 2. civil. doct. 4. Arist. 5. polit. 10.*

XXXVII.

Creatur non ab omnibus quod initia status mutari ferebant, neque expedita illorum opinio qui aliud arbitrantur, verum à septemviris, quibus jus eligendi consuetudine & jure adhæsit. *Auent. 5. anal. Frising. 2. histor. 2.*

XXXVIII.

Vt non inepta exaudiatur M. Antonij Coccij Sabellici lib. 2. ennead. 9. monitio, tempus primæ introductionis minus liquere, cum usu longo Ordo Electorum tacitè inveteraverit. *Onuph. de com. Imp. Schard. de Elector. c. 1. & seq. Bellar. 3. de transf. imp. 1. & seq.*

XXXIX.

Vbi solet disputari an Papæ vel votum comprobativum, vel coronatio electioni habitæ quicquam adijciat? Lupoldus à Babenberg se in primis fatigat, nos aliter videbimus. *Tr. de iure regni c. 12.*

XL.

Præter officium Electorale, status coalescunt ex ordine sacro, & eorum alij nomen Principis ferunt, nempe archiepiscopi, Episcopi, &c. cæteri generali nota Prælati dicuntur. *Busch. de omnib. episcop. Rand. p. 1. spec. Eccles. 15.*

A 5

Ex

XLI.

Ex ordine non sacro, & in illo Archiduces, Duces, Principes, Comites habentur, de quorum jure, & ordine hic nihil atinet monere.

XLII.

Reces. imp. au. 1576.
S. dierevell. Schleid.
lib. 1. Bodin. 1. de
repub. 7. Pr. chron.
Basil.

Quibus annumerantur & liberae, & Imperiales civitates: cum & infinito privilegio quale Helvetij allegant, nemo reipub. imperio eximatur.

XLIII.

Chas. p. 8. glorimundi.
1. Osor. 1. de nobil.
cin. 1. & seq.

Hos sequuntur nobiles, qui comitiarum consultationibus ferè submoventur, inter reliquos gradu pereminent, & quidem pro locorum varietate, vario.

XLIV.

Vide Boeth. 2. de Arith. 45. Bodin. 6. de repub. 6. fin.

Omnes illi pro ordinum discrepantia jure, & II. cum civib. plebeis copulantur non $\mu\omicron\nu\alpha\delta\iota\kappa\eta$ proportione, neque Geometrica in totum similitudine, ut alij præter Bodini mentem differunt.

XLV.

Pithe. in pref. collat. Bellam. ad c. in apib. 7. q. 1. n. 20.

Tandem lubet $\mu\epsilon\tau\alpha\sigma\tau\alpha\sigma\iota\kappa\acute{\alpha}\varsigma$ inquirere quid de jure Justiniano constituendum? absolutam illius obligationem politici negant, relatam utilissimè admittunt.

PROBLEMA HISTORICO-
IVRIDICVM.

Papinianus merum imperium lege dari scribit, itane merum modo non item mixtum? itane non aliter quam lege? an omni lege? itane curiara & centuriata hic notabitur?

99 F 252

ULB Halle

3



002 039 656



Nur für den Lesesaal







TICA,
 anici
 E
 O TI
 FEBER
 ATISSIMI
 niæ VVi
 SDORF,
 o consuetis.

